

Sancta Anastasia, ora
Omnis sanctæ Virgines et Viduæ, orate
Omnis Sancti et Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius esto, parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera
Ab ira tua, libera
A subitanea, et improvisa morte, liberā
Ab insidiis diaboli, libera
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate, libera
A spiritu fornicationis, libera
A fulgure et tempestate, libera
A flagello terræmotus, libera
A peste, fame, et bello, libera
A morte perpetua, libera
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, libera
Per adventum tuum, libera
Per nativitatem tuam, libera
Per baptismum, et sanctum jejunium tuum, libera
Per crucem, et passionem tuam, libera
Per mortem, et sepulturam tuam, libera
Per sanctam resurrectionem tuam, libera
Per admirabilem ascensionem tuam, libera
Per adventum Spiritus sancti Paracliti, libera
In die judicii, libera
Peccatores, te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas, te rogamus
Ut nobis indulgeas, te rogamus
Ut ad veram poenitentiam nos perdu-
cere digneris, te rogamus
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere,
et conservare digneris, te rogamus
Ut dominum Apostolicum, et omnes
Ecclesiasticos Ordines in sancta
Religione conservare digneris, te rogamus